

37. Unde procreati sunt Quatuordecim Dij opitulares (*Uothelffer*) quibus certa procuraciones sunt commissa : ut *Valentinus* Epilepsie medetur : *Otilia* oculis : *Apollonia* dentibus : *Nicolans* & *Christophorus* succurrunt naufragis : *Sebastianus* pestem arcet. *Florianus* ignem . *Gregorius* equitibus præst . *Antonius* porcis. *Leonbarus* captivos liberat &c.

38. Constat idem ex *Psalterio Mariae*, in quo, ad imitationem *Psalterij Davidici*, expuncto passim Dei nomine, ac substituto *Mariae* nomine, eodem adorationis cultu *Mariam*, quo *DEVM* ipsum venerantur.

39. Imò eò usque excreverunt impietatis, ut in eodem *Psalterio Mariae* non modò invocandam, sed & adorandam (id quod soli Deo competit, *Iesa. 42. 8.*) esse statuerint, ex *Psal. 21.* sic canentes : Adorent te (*Mariam*) familie gentium, & glorificent, te omnes ordines Angelorum. Et ex *Psal. 96.* Adorate eam cives curiæ Paradisi, exaltate eam virgines speciosæ filie eius.

40. Unde passim in depravato illo *Psalterio* orant : In te, *Domina*, speravi, non confundar in æternum. In *Domina* confido, propter dulcedinem misericordiæ nominis ejus.

41. Quinimò ipsius *Christi Servatoris nostri*, *Domina* & *Imperatricem* eam constituunt sic canentes : Gaude matrona cœlica, tu ancil-

lam